

Ga
4467

11h. 17



HISTORIA
SCHOLAE DVICALIS
VVOLFENBVTTLENSIS.

DIATRIBE II.

QVA
AD

ORATIONEM
PANEGRICAM
IN
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
CAROLI

BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVCIS

PATRIAE PATRIS

NATALICIAS KALENDAS SEXTILIS

IN

ATHENAEI NOSTRI SVPERIORE ACROATERIO D. VII.
SEXTILIS A. MDCCL HABENDAM

INVITAT

IOAN. CHRISTOPH. DOMMERICH

PHILOS. DOCT. INCLIT. ORD. PHIL. IN ALMA IVLIA CAROLINA

ADIVNCT. ET SCHOLAE VVOLFENBVTTLENSIS

RECTOR.

VVOLFENBVTTLELI

TYPIS IO. THEOPH. ANT. MATTHEEN DVC. TYPOG.

HISTORIA
SCHOLAE DUCALIS

WILHELMIVS

1711

ORATIONEM

P. A. N. G. I. A. M.

SENATUI UNIVERSITATIS

C. A. R. O. L. I.

IN

P. A. T. R. I. A.

IN

IN

IN


IN

IN

IN

IN

IN



In Historiæ Scholæ nostræ filo, quod nuper exorsus sum, pertexendo antequam pergam, analecta quædam, hoc temporis interuallo, cum diem dies doceat, a me notata, pro meo in Historiam patriam studio, cum B. L. communicabo. Haud ingrata illa fore mihi persuadeo, cum ad totius Historiæ maiorem faciant perfectionem, & Diatribe I auide non minus, quam beniuole a plurimis sit excepta, qui datis suis suffragiis auctores mihi fuerunt, suaaloresque, vt strenue ad hanc alteram progrededer. Plerumque fieri ita solet, vt, si rei quis fecerit periculum, non desint, qui adiutrices adhibeant manus, eiusque conatus promoueant. Via difficilis primum est cal-canda, quam si quis panderit, qui in illa deambulent, haud desiderabis. Sed in evergetas meos, & musarum

nostrarum patronos ne ingratus sim, qui prono in me animo huic operæ promouendæ studuerunt, ex qua communis, nisi vana me alit spes, redundat vtilitas, deuinctissimum me illis publice testor. Neque solum litteris id testor, sed, si me vsibus suis aliquo modo inferuire posse iudicauerint, re ipsa mutuis id officiis pro viribus faciam testatum.

Vt vero ordine res nostra procedat, in analectis supeditandis hoc sequar filum, quod in Diatribæ I secutus sum, & quæ singulis paginis addenda habeo, historice proponam, vt deinde ad alteram Historiæ huius periodum pergere possim.

Pagina quarta Diatribes primæ quosdam scholarum Historicos adduxi. Animus non fuit, ingentem illorum recensere multitudinem (quis enim illam perfecte enumerabit?) vti expressis id indicaui verbis, *ex tanta virorum, de scholis optime meritorum, multitudine quidam mihi iam in mentem veniunt.* Cum vero celeb. EL. CASP. REICHARDVS, illustris Collegii Carolini decus eximium, in publica scripti mei recensione (a) plures adiecerit, quod gratissimum mihi fecit, haud abs re fore arbitrator, si & hos suppleuero, & alios insuper, præsertim qui de scholis Brunsvicensibus scripserunt, addidero. Præstabit id forsan hanc vtilitatem, vt si quis scholarum Historiam contexere secum constitutum habeat, fontes hic reperiat, vnde haurire possit. Sequentes autem nobiscum communicauit publice. IOAN. HENR. STVSSII *progr. de variis gymnasi Gothani emendationibus atque accessiombus.* IOAN. MÖL-

LERI

(a) In den Braunschweigischen Anzeigen. LVII. St. a. 1750.

LERI *Entwurf der Flensburgischen Schulhistorie.* IO. HENR. ZOPFII *progr. de origine & progressu gymnasi Affindiensis.* (Essen) ANDR. GOEPELII *Nachricht von dem Eisenachischen Atheneo Mariano.* IO. HELDII *Narrat. & Orat. de gymnasi. Aegid. Noriberg. origine fatis & statu.* IO. CASP. STRVII *Histor. Scholæ Scheningsis.* IO. HENR. HOTTINGERI *Schola Tigurinorum.* IO. HENR. A SEELEN *Histor. Athen. Lubec.* IO. IAC. STAECKERI *Histor. Scholæ Ascaniensis.* IO. AD. FLESSÆ *progr. de fatis rei scholasticæ Altonanæ.* HENR. CAR. SCHVZENII *Latit. secul. Vuernigerodani Artium Collegii per ducentos annos conseruati.* Quibus adhuc adiungi poterunt A. POVCHENIVS *Scholæ Brunsvicensis ad D. Martinum administratio* (b) MART. HAYNECCII *Ludus litterarius Brunsv. Martinianus.* (c) M. IO. ANDR. FABRICII *Ratio prælectionum scholæ principalis Brunsv. ad ædes D. Cathar.* (d) It. Ei. *Vorschläge, wie der Catharinen schule in einem vnd andern Stück aufzuhelfen.* SIG. IAC. APINI *progr. Quum scholæ Aegidiane restit. curam susciperet. Pædagogii illustris Gandersheimii inauguratio, constitutio, classes, leges.* (e) IO. DAV. MVL-
LER *von dem modo informandi in der Marienhalischen Closter Schule.* (f) It. Ei. *Prodromus Histor. Scholast. Maricuallensis.* (g) Ei. *Conspectus Lycæi Maricuall.* (h) Nec non IO. STRVBI *diff. de Oeconomia Scholæ Hannoueranae.* (i) H. PETREIVS *Goeringensium ad Lainum Pædagog. sciagraphia cum statutis & legibus eiusdem.* (k) GEORG. A. FABRICII *Orat.*
D 3 de

(b) Henricop. 1574. (c) Lipsf. 1588. (d) Brunsvig. 1741.
(e) Henricop. 1571. (f) Helmst. 1708. (g) ib. 1710.
(h) Helmst. 1738. (i) Rint. 1635. (k) Francof. 1586.

de vigore flore & fructu scholæ & Pædag. Goett. (l) M. 10. VELII Histor. Inaugur. scholæ Eimbecensis. (m) CASP. CALVOERII Musæ montanæ redituæ s. orationes in scholæ nouæ Clausthalensis inauguratione habitæ. (n) IVST. A. DRANSFELD de schola Ilfeldensi. (o) De qua itidem scripsit LAVR. RHODOMANNVS, GEORG. NIC. KRIEGKIVS, I. H. STVSSIVS, F. C. LESSERVS, IO. MART. RIEDELIVS, & nuper adhuc in sæcular. memor. altera huius Pædag. doctis. IO. IOACH. SCHMIDT. (p) De schola Stadthagensi, in patria mea comitatu Schaumburgico, fusius egit, Fautor atque Amicus meus singularis, S. V. D. EBERH. DAV. HAUBERVS in *Primitiis Schauenburgicis*. (q) *Athenæum a Carolo M. Imp. in vrbe Osnabrugensi ante 1000 annos institutum, a. MDCCXXX restitutum ac recenter dotatum*: cuius historiam fusiolem nuper promissit clariss. IO. CHRISTOPH. STRODTMANNVS, Eiusdem Rector meritissimus. (r) Sed de Historicis scholasticis hæc sufficiant. Qui plures desiderat, *Bibliothecæ Burckhardianæ* Part. I. adeat, vbi ingens adhuc reperitur illorum copia. (s)

Pagina sexta, vbi de vrbs nostræ origine agitur, *Algermanni* Origines domi Brunsvicensis citavi sub litt. g. Nondum ipse scripto hoc rariore potitus eram, cum hæc scriberem. Postea vero illud ita insignitum accepi: Kurzer Extract oder Auszug aus vielen berühmten Historien von andern Vrkunden von Erbauung der Stadt Braunschweig, und das dieselbe den Herzogen zu Braunschweig und

(l) Mulhus. 1636. (m) Goslar. 1612. (n) Lipf. 1725. (o) Goett. 1707. (p) Goett. 1710. in 4. 2 pl. (q) v. Fascic. II. pag. 233 sequ. (r) vid. Ei. V. Theil. *der Beyträge zur Historie der Gelaktheit*. in præf. (s) Helmst. 1743. in 8. p. 9-22.

und Lüneburg Erb und Landstatt je und allezeit gewesen, und noch anizo sey. Dem gemeinen Mann, der solche Historien und Sachen nicht gelesen, zur Nachrichtung zusammengezogen durch Franciscum Algermann. Gedruckt im Jahr 1605. in 4. Idem hic liber eodem anno sub alio titulo, nulla alia in illo mutatione facta, prodit: Kürzer Bericht von Erbauung der Stadt Braunschweig, wer dieselbe erstlich fondiret, und angefangen, und ferner amplirt, verwahret, privilegirt und begnadet, und was sich dabei in und auswendig begeben und zugetragen. Dem gemeinen Mann, auch sonst notwendig zu wissen aus den Historien zusammengezogen und zur Nachrichtung in offnen Druck geben durch Franc. Algermann. In hoc scripto, paginarum numero destituto, Algermannus ita narrat: Eckbrecht Marggraff zu Sachsen und Thüringen, Herr zu Braunschweig, hat Wolfenbüttel erst gebauet zu e. Jagdhaus, und weil der Zoll daselbst auf dem Tham gelegen, hat der Tham noch den Namen davon, daß man von Hildesheim und aus Westphalen darüber nach dem Stift Halberstadt, und Magdeburg faren können, und vielleicht von wegen der Wildnis, daß da viele Wölfe gewesen, den Namen bekommen. Idem quoque testatur IOH. IVST WINKELMANN: Egbert fing im Jahr 1046. an dem Ockerstrom das Schlos Wolfenbüttel an zubauen, fürte zu Anfang einen runden Thurn auf, welches altes Gebäu anizo noch zu sehen. (t) Conferri hic etiam merentur, quæ HENRICVS MEIBOMIVS, antiquitatum germanicarum

(t) *In dem Stam und Regenten Baum der Herzoge zu Braunschweig.*
Brem. 1688. in Fol. p. 21.

nicarum peritissimus scriptor, de vrbe nostra notat. (u)
IOACH. FRID. FELLERYS huc quoque referendus est, qui
lectu & examinatu digna adfert. (x)

Quæ pagina decima de Candidatorum scholasticorum
examine, a scholæ nostræ Rectore habendo, disserui, fusius
quis leget in S. V. D. IO. BERNHARDI HASSELI *Geistlichen
Amtsreden.* (y)

In schola nostra docentium sub quouis Principe cum
mentionem feci, Ephoros quoque, qui hisce temporibus
Gymnasio præfuere, debuissim adducere. Hunc igitur
defectum suppleturus, ad pag. XI. sequentia notabo.
Superintendentes generales, qui hic loci fuere, semper
quoque Scholarchæ munus obierunt, ita vt si Generalis-
simus insuper adesset, illi tamen scholæ Ephoriam admi-
nistrarent. Vt ergo horum nomina, & si quæ plura ad-
sunt, commemorem, sub D. IVLIO hæc munia gessere
M. Nicolaus Budanus, qui primus Superintendens Gene-
ralis a. MDLXVIII. constitutus sequenti iterum dimissus est.
(z) Hunc excepit *M. Ioan. Rupertus*, cui *D. Basilius Satlerus*
successit. Longum foret huius vitam enarrare, quam
tot alii exararunt. (a) Hos ergo nominasse sufficiet.

Quæ

(u) In *Opusculis Historicis variis* p. 260. 261. Helmst. 1660. in 4.
& in *Tom. I. Rerum Germanicar.* p. 445. ed. Helmst. 1688. in
fol. quæ, cum alia non secuta sit, rarefcere incipit. (x) in
Monumentis variis ineditis Trimestr. VI. p. 357. (y) v. die Vor-
rede. (b 5.) (z) vid. PHIL. IVL. REHTMEYER *Kirchen Historie
der Stadt Braunschweig.* P. III. p. 330. & VOLTERECKS *Chron. der
Stadt Wolfenbüttel* p. 706. (a) v. PETRVS TVCKERMANNVS S. Th.
Doctor, & defuncti Successor, in *Orat. Funebri* a. MDCXXIV.
d.

Quæ pag. XIV. de inscriptione scholæ antiquæ, quod ex veteribus græcis auctoribus desumpta videatur, dixi, veritati consentanea esse, offendi. Testatur id *Neubaueri* Oratio in Schola nostra a. MDCXIV. habita, de qua infra. In illa enim *Basilio* tribuitur, eademque eius subiungitur explicatio: *in schola pueri rudimentis pietatis & humaniorum artium irrigantur.* In *Declamat. Phil. Melanchthonis* T. II. opera & studio *M. Io. Richardii*, in præfatione hæc quoque leguntur: *Sicut vere Basilus inquit: κόσμος ἐστὶ παιδευτήριον θεογνωσίας*, mundus est institutio cognitionis diuinæ. *Mirror* igitur *Tob. Eckbardum* hanc adpellationem in suo *de nominibus scholarum* apud Græcos programme non adnotasse.

Sub D. HENRICO IULIO præter D. *Basilium Sattlerum* Scholæ nostræ scholarchatum gessit *M. Paulus Musæus*, vir de re nostra scholastica optime meritus. (b)

Cum pag. XVII. *M. Ioan. Hartuici*, Rectoris quondam Athenæi nostri, scripta citavi: addam hoc loco, eius nomen quoque *Haruwigius* scriptum inueniri. Nuper enim eius in *Henricum Meibomium* Anagramma reperi, quod ita subscripsit: *M. Iob. Harvoigius*, Scholæ Henricopolitanæ Rector. (c) Psalterium Davidis poetice vertisse quoque

E

vide.

d. IX. Nou. habita. GEBH. THEOD. MEIERI *Monumenta Julia*. Helmst. 1680. WITTENII *Diar. Biogr.* FISCHLINI *memor. Theol. Vuurtomb.* BLVMII *Iubil.* Theol. GOETZII *Theol. semisæcul. VVOLTERECKS* *Chronic.* p. 706. & LEVCKFELDI *Antiquit.* Gandersh. (b) Vid. p. XV. et LAVENSTEINI *Hildesheimische Kirchen und Reform. Hist.* P. V. c. III. p. 19. Vuoltereccii *Chron.* p. 706. (c) Exstat in CONR. RITTERSHVSI *Ioan. Sleidani Orat. duabus* Helmst. 1598. in 8. in libello *Anagrammatum* Henr. Meibonii, qui appendicis loco subiunctus est.

videtur, cum nonnullos Psalmos specimimis loco adducat. Citat etiam Parod. pro Catulli Diana.

M. *Christoph. Pflugius* Munchbergensis fuit. Ao. MDCL. d. XX. April. tori sociam sibi elegit *Mariam, Sebastiani Vueitzii*, Consulis Laupacensis p. m. relictam filiam, quas nuptias Blanckenburgi celebravit. (d)

Vitus Ioannes, philosophiæ Doctoris laurea condecoratus, Gronouienſis Ecclesiæ Pastor & Inspector postea fuit in episcopatu Hildesiensi. (e)

Ad pag. XVIII. de Cantore nostro *Orr. Sigfr. Harnschio* plura leguntur in *der Stadt Göttingen Zeit und Geschichte Beschreibung*. (f)

Quæ ex clar. *Vueichmanni* programme de oratione quadam, hic habita, adduxi, verissima offendi, cum ipsam hanc orationem, typis exscriptam, accipere mihi tam felici esse contigerit. Non sine insigni ergo lætitia integrum eius titulum hic communicabo: *Oratio de dignitate, utilitate & præstantia scholarum, dequæ beneficentia in eandem conferenda. In Gymnasio Wolferbyitano habita a Sebastiano Neubauer Allstetensi Thuringo. 7. Id. Maii anno τὸ λόγος ἐνσαρκωθέντος MDCCXIV. ψαλ. 27. ὁ πατήρ μου, καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με, ἡ δὲ κύριος προσελθὲντό με.* Wolferbyti Excudebat Iulius Adolphus à Sohne. in 4. 3. plag. Testatur hæc oratio non solum de insigni discipulorum tunc temporis in litteris præstantia, quam, quisquis illam non obiter perle-

(d) IOH. FORSTERI carmen epithalamium. Henricop. ex typographia Conradi Cornet. (e) vid. SEBAST. NEUBAVERI Orat. hic habita. pag. vltima. (f) conf. P. III. cuius S. V. D. HEYMANNVS auctor est, p. 249.

legerit, mecum fatebitur : sed & de Scholæ huius florentissimo statu. Quæ pag. XIX. de gymnasii nomine adnotavi, hoc testimonio insigni confirmantur. In eius enim rubro expresse dicitur in *Gymnasio Wolferbyitano*, ita ut phrontisterium nostrum olim hoc nomine publice sit insignitum. Neque quidquam obstitit. In illo enim omnes reperiuntur characteres, qui gymnasium constituunt. Numerus præceptorum, lectionum tractandarum dignitas, ceteraque priuilegia. Discipulorum in litteris profectus si quis ad Gymnasii notionem necessarios putet, (quod tamen non satis accurate fit, quia hac ratione omnes Academiz, aut Collegia nomen suum tueri haud possent, cum ignarissimi in illis quoque versentur, & ubique boni mixti sint malis) neque hos desideratos videmus. Serenissimi ergo CAROLI nostri, nostrarum Deliciarum, in musas nostras clementiam & dignissimorum Eius Ministrorum fauorem, qui in nostrum splendorem omnia conferunt, hoc nobis nomen confirmaturum esse, nulli dubitamus.

Sub D. FRIDERICO VLTRICO athenæi nostri scholarchæ fuisse D. *Petrus Tuckermannus*, qui D. Basilio Satler adiunctus, a MDCXXIII. publice fuit introductus. A. MDCXLVII. pro emerito declaratus, a MDCLI. d. XXVII. Maii æt. LXXI. obiit. (g) Hunc excepit M. *Vuilhelmus Mummius*, qui b. Satleri filiam vxorem habuit, & Generalis Superintendentis provinciam subiit. (h)

M. *Friderici Hildebrandi* vitam fufe exposuit *Leuckfeldius*, ex quo sequentia notabo (i) Blanckenburgensis
 E 2 fuit

(g) vid. D. BRAND. DAETRI Orat. funebr. (h) v. pag. XIX. & VVOLTERECCHII Chron. p. 706. (i) in *Antiquit. Walckenre- densibus*. p. II. c. XII. p. 1511.

fuit a MDLXXIX. natus. Hanoueræ, Hamelæ, & Stadthagæ litteris humanioribus imbutus fuit. Absoluto curriculo scholastico Academias Herbipolitanam, Regiomontanam, Rostochiensem, Helmstadiensem & Ienensem adiit, in quarum priore Magistri et Poetæ L. C. dignitatem obtinuit. Scripsit præcepta Logica & Arithmetica. Eius filius M. *Fridericus Hildebrandus* Ilfeldensis, Northusanæ & Merseburgensis scholarum Rector celeberrimus epitaphium ipsi ponendum curauit. Filii eius duo, eruditionis & munerum fama celeberrimi, fuere D. *Ioach. Hildebrandus*, de quo deinde, & M. *Frid. Hildebrand*. (k)

De M. *Ioan. Hilgardo*, ad ædem St. Iacobi, quæ Goettingæ est, postea Pastore, plura leguntur in *der Beschreibung der Stadt Göttingen*, (l) & in doctiff. *Io. Lud. Quentini Dissertat. de sacrar. Rerum Antiquitatibus ad B. M. Virg. Goett.* p. 17. & in *Ei. Diss. de Rer. Sacr. Antiq. Goet. ad St. Albani* p. 16. 17.

De *Henrico Gebbardo*, qui, Conrectoris munere hic functus, Salderensis Ecclesiæ Antistes factus est, M. *Io. Frid. Schmidius*, Pastor præsid. Brunsvic plura memorat (m)

M. *Henricus Elsmannus*, qui Cantoris officia apud nos exantlavit, fuit antea Gymnasii Martiniani apud Brunopolitanos Collega. Variis inclaruit scriptis, quæ præsentis nostri eruditi Cantoris *Henrici Bokemeieri* liberalitati debeo. Sunt autem sequentia: (1) Duarum vocum breuia & perspicua exempla duodecim modorum, in qualitate Diezeugmenorum & in qualitate Synemmenorum I. Tyroni Cædentias

(k) vid. LEVCKFELDI *Antiquit. Ilfeld.* p. 205. (l) P. III. p. 237. (m) in *dem Evang. Luth. Jubelfest* p. 13.

dentias cuilibet modo conuenientes II. Transpositionem modorum, monstrantia, ad vberiore[m] artis musicæ progressum, discipulis suis domesticis, composita per Henricum Elsmannum Brunsvicensem, Gymnasii Martiniani apud Brunopolitanos Collegam. Excudebat Elias Holwein a. 1618. in 8. l. pl. II. Compendium Musicæ Latino Germanicum, cum breui tractatu de modis. Accesserunt hymni sacri Intercalares pro horis scholasticis Georgiani, vt vocant, funebres: omnia in vsum iuuentutis conscripta & congesta a M. Henrico Elsmanno, Musico, P. L. Caes. Scholæ Wolferbytanæ Cantore. Wolferbyti autore sumptum faciente, imprimebatur per Eliam Holwein. a. Chr. MDCXIX. in 8. 8 plag. III. M. Henrici Elsmanni, Cantoris Guelfici & Poet. Laur. Caes. breuis descriptio Modorum Ecclesiasticorum. Anno DoMlnVs sVsCltat & erlgt a terra plos & paVperes. Pf. 113. Guelferbyti excudebat Elias Holwein, sumtibus Autoris in 8. I pl. Magna auctorem nostrum tunc claruisse fama inde quoque constat, quod *Christian. Theodor. Schofferus* in Schediasmatum Poet. Libro I. Wolferbyti a. 1619. in 8. impresso, ipsi quoque carmina inscripsit: nec non *Elsmannus* iterum *Schoffero*. (n) Adnumerandus igitur hic iure meritoque foret Cantoribus eruditus, quorum aliquot *Christoph. Aug. Heumannus*, (o) & M. *Henricus Iac. Siuers*, (p) hoc vero omisso, enarrarunt. *Christophori Sorgii*, Collegæ quarti apud nos, pater fuit

E 3

(n) v. *Beschreibung der Cometen durch* CHRIST. THEOD. SCHOSSERVUM, Aemilianiaden Phil. & Med. D. Com. Pal. Caesar. Med. zu Hildesheim. Paderborn. 1619. in 8. (o) In progr. *de Eruditus Cantoribus*. Goett. 1726. (p) in Dissert. Cantorum eruditum Decades duas sistente. Rostoch. 1729.

fuit *Petrus Sorgius*. Misnenfis, Poet. L. C. Ecclesiæ Ca-
denstedianæ Pastor. (q)

Sunt hæc analec̃ta quædam, quæ, ex quo Diatriben I.
publici iuris feci, adnotata a me sunt. L. B. illa non ingrata
fore, spero, præsertim cum, si plura in manus venerint,
in posterum proponere nullus deero. Iam vero, vt ad
alteram periodum pergamus, ordo & tempus iubet. Inci-
pit illa a Serenissimo AVGVSTO & ad Celsissimum CARO-
LVM pergit. Eundem ergo, quem olim, obseruaturi tracta-
tionis ordinem, primo loco, quæ sub D. AVGVSTO in
Schola nostra gesta sint, paucis exponemus.

Rem ab aliis ex asse pene confectam, quin exhau-
stam, adgrederemur, si hoc loco in D. AVGVSTI, Princi-
pum optimorum exempli absolutissimi, Eruditorum Co-
ryphæi, ac Musagetæ summi, laudes vellemus excurrere. (r)
Tantum ergo hic de tanto Principe adnotasse sufficet,
quantum ad Historiam nostram spectat. Natus fuit a.
MDLXXIX. d. X. Apr. Dannebergæ Serenissimis Paren-
tibus *Henrico* Brunsvic. & Lun. Duce, & *Vrsula* Saxonæ,
Angriæ & Vuestphaliæ Principe. Mortuo a. MDCXXXIV.
D.

(q) v. CHRIST. THEOD. SCHOSSERI Beschreibung der Cometen,
Paderb. 1619. vbi eius carmen in Schoslerum inuenitur.

(r) primo loco hic nominari meretur celeb. IAC. BURCKHAR-
DVS, qui in *Histor. Biblioth. Aug. Parte I.* copiosissime de D. *Augu-
sti* meritis agit. Equidem miror celeb. CHRIST. GOTTL. IOECH-
RVM Eius nullam in *prima Lexici Eruditorum, recens editi, parte*
inieisse mentionem, cum de incomparabili *Augusto* agat.
PAVL. FREHERI *Theatr. Virorum Erudit. clar. P. II. sect. II. p.*
760. it. *Welfisches trauer Gezelt. Wolfenbüttel 1667.* in quo
Person. reperies, & longe plures a cel. *Burckbarde* citatos.

D. *Friederico Virico* ad terrarum *Brunsvicensium* regimen dignissimus Princeps accessit. Cum vero vrbs nostra tunc temporis *Cæsarianum* aleret præsidium, quod diu illam tenuit, anno demum *MDCXLIII. d. XIV. Sept.* illa poritus est. Omnia tunc in deterius iuerant, & vrbs nostra pene tota squalore confecta erat. Schola in primis omnino vastata, equile, vt iam ante dixi, fuerat. Vix autem serenissimus *AVGVSTVS* urbem hanc ingressus erat, cum de schola restauranda, & a squalida spurcicie purganda cogitaret. Quid enim aliud de eruditissimo Principe expectari poterat? Non ipse solum musas in pectore fouebat, sed illarum firmissimum quoque fuit præsidium. Id ergo primo loco ferius egit serenissimus Princeps, vt *Statuta Scholastica* (*Schulordnung*) promulgaret, quibus rei scholasticæ & in primis *Gymnasio* nostro consulit. Prodierunt illa sub hoc titulo: *Des Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten und Herren Herren Augusti Herzogen zu Brunswyg und Lünaburg, Schul-Ordnung. Wolfenbittel 1651. in 4.* quorum plurima exempla, manu sua subscripta, sigillo suo muniuit. Celeberrimus *Helmstadiensium Philologus, D. Conr. Horneius* multum hanc rem adiuuit. Longum foret, omnia hic enarrare, quæ in his Statutis sapientissime statuuntur. Id tamen prætereundum non est, optimum Principem omnes terrarum suarum scholas in tres distinguere classes, infimas, medias, & superiores, in quibus vltimis nostra primum locum occupat. (s) Non solum autem ita de Schola nostra optime meruit sapientissimus Princeps, vt quidquid ad optimam eius conditionem

nam spectaret, in istis statutis proponeret: sed & de eruditissimis in illa doctoribus liberalissime prospexit. Decrevit enim, ut quisque Scholæ nostræ Rector Subprior, quem vocant, & Conrector quartus Conventualis in coenobio Riddagshufano essent, unde largi pro illorum temporum conditione ipsis proueniebant redditus. (t) Annua igitur Rectoris & Conrectoris stipendia liberalissime auxit. Ab hoc tempore Schola nostra *Ducalis* quoque nominata fuit, quia ex Ducis redditibus Eius Doctores alebantur. (u) Tertium, idque insigne, restat Herculis Musagetæ nostri in musas nostras beneficium. Collegam, præter Rectorem, quintum Scholæ nostræ propensissime dedit. (x) Nemo ergo mirabitur, si hunc Heroem tertium Scholæ nostræ conditorem deuotissime salutamus. IULIVS enim illam fundauit. HENRICVS IULIVS ampliata[m] habitaculo splendido donauit. Ac tandem Ser. AVGVSTVS instaurauit, legibus ac statutis firmavit, stipendiis & Collegarum numero auxit.

Constituerat Seren. AVGVSTVS M. *Christoph Schraederum*, Eloqu. Profess. in alma Iulia, Inspectorem omnium scholarum in vniuerso Ducatu. (y) Præter hunc autem Scholæ nostræ Ephori sub hoc Principe fuere D. *Henr. Wideburgius* ab anno MDCXVII - MDCXLVIII. D. *Ioach. Lütke[m]mann*, de cuius vita *Rehmeierus* & *Maertens* fusius egerunt. (z) D. *Brandanus Detrius*, cuius vitam idem

(t) vid. Herzogs *Augusti Kloster-Ordnung* c. I. tit. VIII. p. 21. *Wolfenbüttel* 1655. (u) v. *Diatr.* I. p. XVI. (x) v. *clar. VVEICHMANNI* progr. *de Ser. Duc. Brunsvic. in schol. Wolfenb. beneficiis.* (y) v. *Schulordnung* p. 29. (z) v. Hr. PHIL. IUL. REHTMEYERS *Vnterricht von den Schickfalen, Schriften und Gaben des Hr. D. Ioach. Lütke[m]manns* mit wichtigen zusezen vermehret von *Heinr.*

idem *Rehtmeierus* copiose enarrat. (a) Ac tandem *D. Erasmus Hannemann*, a. MDCXLVIII. Super. General. constitutus, cum antea Past. Obisfeldensis fuerit. (b)

Ad Rectores iam defertur tractatio mea, qui sub hoc Principe faustissime docuerunt, eiusque singulari vfi sunt praesidio. Primus is est *Ioan. Augspurgius*, Alsted. Thuring. qui ab anno MDCXXXIV - MDCXLIII. Recturam hic gefit, licet *B. Vuoltereccius* in Chronico suo a. MDCXLIV. ponat. Anno enim MDCXLIII. quo in auspiciatissimum Seren. AVGVSTI ad ciues Guelphicos introitum carmen panxit, se Pastorem Halchterensem & Lindensem dixit. (c) Fuit quoque Poeta Laur. Cæs. & multa, eaque felicissima, in D. AVGVSTVM condidit carmina: (d) vnde singularis gratia, qua sagacissimus Princeps illum amplexus est, adparet. Annis MDCXLIV - MDCXLVI. *Henricus Biertümpfel* Rectoris spartam administravit, qui anno MDCXLVI. cum *Augspurgio* officium commutavit. Is enim iterum ad scholam accessit, ille vero ad Ecclesiam Halchterensem & Lindensem. Scholam igitur *Ioan. Augspurgius*, vir magnæ eruditionis ac famæ, vsque ad annum MDCLXI. rexit. In *Carmenis Vernis* enim, D. AVGVSTO ao. MDCLX. consecratis, se adhuc Rectorem Scholæ Guelphicæ dixit.

F

HEINR. RICH. MAERTENS Fürstl. Hof Diacono. Braunschweig 1740. 8. (a) vid. Ei. *Kirchenhistorie der Stadt Braunschweig* P. IV. p. 589. & ANDR. HENR. BVCHOLZII *Eccles. vrbis Brunsvicensis Coadiut. acclamat. votivam* cum Dn. Brandanus Datrius præcipuum docendi munus in aula Wolferbyтана &c. fusciperet a. 1662. (b) v. REHTMEIER *Kirchenhistorie* P. IV. p. 579. (c) v. MART. GOSKY *Arbustum* p. 251. (d) vid. illa in MART. GOSKY *Arbusto* fol. 182. 251. 386. 387. 472. 481. 482. 501. 528. 529. 542. 543.

dixit. Ao. autem MDCLXI. a Seren. Duce AVGVSTO Scheppenstadiensis Superintendens constitutus est. In *Acroamatibus religiosis* enim, D. AVGVSTO a. MDCLXII. dicatis, *Georg. Preusse* se Scholæ Wolferbyt. Rectorem iam dixit, & licet *Ioan. Augspurgius* in illis etiam reperiatur, nudum tamen suum tantum posuit nomen absque omni titulo, quod non probamus. Licet enim sint, qui vanæ ostentationis causa hoc fieri putant, hos tamen mire falli facile videt, qui, quantum in Historia inde vtilitatis oriatur, non nescit. Vltimus, qui sub hoc Nestore Scholæ præfuit, *Georgius Preusse*, antea Conrectoris munere functus, a MDCLXI. ad Recturam ascendit. Multa quoque & in D. AVGVSTVM & in alios composuit bene elaborata Carmina latina. (e) Pessimam vero aluit vxorem, quam ipse sæpius Xanthippen dixit, *Hedew. Magdal. Moeferiam*, quæ causam criminalem egit cum *Ioach. Eberh. Hauer*, Secret. Consist. iniuriis & conuiciis ab illa laceffito, vt acta in foro adhuc obuia testantur.

Ad Conrectores iam pergo, qui hoc temporis spatio in Schola nostra vixerunt. *Ioan. Augspurgius* ab anno MDCXXXIV - MDCXXXVIII. & Rectoris & Conrectoris vices sustinuit. Hoc vero anno *Vuilhelmus Kosemeyer* Conrecturam nactus est, qui vsque ad annum MDCXLII. illam gessit, quo E. clesix Wackerslebiensis Antistes, & postea Pastor primarius Eccles. St. Ioan. apud Halberstadienses euasit. Hunc secutus est *Henn. Biertümpfel* ab anno. MDCXLII - MDCXLIII. quo Rectoris munus accepit. Exeunte anno MDCXLIV. *Ioach. Hildebrandus* Conrector con-

(e) vid. *Acroam. Relig. D. Augusto consecr.* & in obitum *Anne Magd. lenæ*, vxoris dilectissimæ *D. Christoph. Schadenii* a Secret. Feud. & Archiuarii Guelphici a. MDCLXXXVI.

constitutus est, qui vero vix vnum annum apud nos trans-
egit. Ex programmate publico, Helmstadii affixo, il-
lum hinc expulsam esse, adparet. Cur vero id factum sit,
ignoro. Ad summos tamen postea adspiravit honores S.
Theol. in Acad. lulia Professoris, & postea Supremi in Du-
cat. Luneb. Præfulis. Vitam eius & scripta, omni laude
maiora, enarravit vir celeb. *Henr. Io. Bytemeisterus.* (f)
Post. *Ioach. Hildebrandi* discessum M. *Ioannes Moeringius*
Scholæ Conrector datus est. Fuit ille Ratenouiensis, &
Poet. L. C. Hinc multa quoque in Seren. AVGVSTVM confe-
cit carmina, non inuita Minerua conscripta. (g) Ex
Conrectore athenæi nostri factus a MDCLV. Rector Scho-
læ Wälckenredensis & Coenobii Pastor. Eiectis autem
inde artium liberalium cultoribus Scholæ Martinianæ
Brunsvicensis regendæ onus imponi sibi passus est. (h)
Hunc excepit *Georgius Preusse*, qui ab anno MDCLV-
MDCLXI. Conrectoratus munus obiit, quo Rectori suc-
cessit. Anno MDCLXII. sub ipsa anni auspicia a D. AV-
GVSTO *Ioan. Maswedel*, Burchtorphio Luneburgensis huic
Scholæ Conrector datus est, vir in litteris eximius, atque
in officio diligentissimus.

Cantores duo sub hoc Principe fuere, *David, Leibius*,
qui

F 2

(f) in *Commentar. Historico de vita, scriptis & meritis supremorum
Præfulum in Ducat. Luneb.* p. 49 - 59. cui programma istud
in fine subiunctum est: nec non Progr. meum Funebr. in
obitum b. *Conrect. Hofmanni.* p. 5. (g) MARTINI GOSKY. *Ar-
bustum* fol. 195. 259. 473. 483. 509. 531. 543. & 544.
(h) vid. LEVCKFELDI *Antiquit. Wälckenredensēs* P. II. c. XII.
p. 156. 157. & fusiorem vitæ eius expositionem in REHT-
MEIERI *Kirchenhistorie* P. IV. p. 666.

qui sub *Friderico Ulrico* iam constitutus anno MDCLXII. d. IV. Mart. terræ mandatus est, & *Henningus Holdefreunde* Helmstädiensis, ex Schola fenatoria patria, vbi Cantoratus munus vltra quindecim annos gesserat, huc ad idem munus rite vocatus a. MDCLXII. VII. Cal. April. introductus fuit. Magna is inter totius Scholæ discipulos auctoritate fuisse narratur.

In Subconrectorum numero primus est *Gabriel Leibius* ab anno MDCXXXVI - MDCXLIII. quo Soellingensis Ecclesiæ curam in se suscepit. Alter *Ioan. Moeringius*, ab anno MDCXLIII - MDCXLVI. quo Conrector constitutus est. Tertius *Franc. Andr. Heuekerus* annis MDCXLVI - MDCLVII. quo munere se abdicauit, aliorum discens. Quartus denique *Ioan. Moeblius* Eimbeccensis, d. XI. Sextil. MDCLVII. introductus ad annum MDCLXXI. hoc munus gessit, quo Naenzensis & Ammensensis Pastor euasit.

In quintis Scholæ Collegis occurrunt *Ioan. Colmbachius* ab anno MDCXXXVI - MDCXLIII. quo Wazumensis Ecclesiæ præfectus est. *Conrad. Winterus* a. MDCXLIII. MDCXLIX. quo clam excessit, quia cum *Agnes. Margaretha Sellen* rem habuerat, quam tamen postea in matrimonium duxit. *Iulius Pflüger*, cuius pater Cyriacus Pflüger Bercklingæ verbi Diuini Minister fuit. Officium in Schola gessit ab anno MDCXLIX - MDCLV. quo Warbergeni Ecclesiæ præfese coepit. *Ioan. Moeblius* a. MDCLV. a. V. D. *Hannemanno* introductus, sequenti Subconrector declaratus est. *Iac. Virian*, Salzwedelensis, ab a. MDCLVII - MDCLXX, quo d. XVIII. Iul. hic diem obiit supremum.

Sexti, ab AVGVSTO, Diuo Principe, Scholæ dati, fuere *Ioan. Michael Hugo*, Franckenhusanus ab a. MDCXLIII - MDCLIX,

MDCLIX. qui Collega sextus & ædituus fuit, quo ab officio remotus est. *Iac. Orbo*, ante Rector & Cant. Regio Lothariensis a. MDCLIX. Colleg. sextus & ædituus constitutus est. Subsequenti vero anno a Schola remotus ædituus tantum fuit. Ex quo nulli æditui Scholæ operam suam navarunt. Hunc excepit *Michael Petrosilius* a. MDCLIX. MDCLXXIV. quo d. IV. Sept. hic humatus est.

D. AVGUSTO, d. XVII. Septembr. a. MDCLXVI. pie defuncto, in regimine successit filius natu maior RVDOLPHVS AVGVSTVS, qui postea fratrem ANTONIVM VLRICVM in regimine socium adsumsit. Serenissimum hoc optimorum Fratrum Par, quantum terris suis consuluerint, in vulgus notum est. Scholam nostram, de hac enim nobis tantum sermo est, optime fouerunt, dignissimisque semper ornarunt doctoribus. Non iam statuta, leges & præcepta enumerabo, quæ in Scholæ vsum promulgarunt: sed insignem illorum tantum recordabor in musas nostras liberalitatem. Aedificium enim, D. HENRICI VIIII iussu ac sumptibus exstructum, cum ad ruinam propendere acciperent: aliud domicilium firmitus atque amplius Scholæ donarunt clementissime, & mandata de illo, vsibus nostris aptando, dederunt. *Fuit illud annonaria s. penuaria domus* (Commishaus) a D. IVLIO eum in finem exstructa, vt operarii & alii quoque ex illa cereniam, annonam, panem, & alia, quæ ad victum sunt necessaria, inde petere possent. (i) Postea vero ad nuptias ibi celebrandas adhibita est. (k) Splendidam hanc & amplam domum musis nostris liberalissime dona-

F 3

runt.

(i) V. VOLTERECCH *Chron.* p. 724. 725. (k) V. *Commis-Ordnung* a. 1645. in 4.

runt. Factum id est d. XXIX. Ian. a MDCCil. Quamquam vero vnus alterque casus intercefferint, quo minus res poterit confici, & d. RVDOLPHVS AVGVSTVS interea diem suum obierit supremum: quod vterque decreuit, sub altero superstite Sereniss. Fratrem tamen confectum est. Idibus enim Octobr. a. MDCCV domus hæc sollempniter in Scholæ vsu fuit inaugurata, ad quæ sollempnia clar. *Frider. Weichmannus*, Scholæ tunc Rector, programme patente inuitavit. Longum foret, omnia enarrare beneficia, quæ Ser. ANTONIVS VLRICVS in Scholam nostram contulit. Acroateria nostra ita exstruenda curavit, vt vix Scholam reperiesset, in qua paria, meliora autem nullibi. Venerandam & deuotissime colendam suam imaginem scholæ donauit, quæ acroaterium superius ornet, vbi illam adhuc conspicietis.

Superintendentes Generales, qui Scholæ nostræ Ephoriam ad d. ANTONII VLRICI ex hac vita discessum administrarunt, fuere *Christoph. Hardkenius* ab anno MDCLXVII. MDCLXXXVII. quo d. 18. Sept. mortuus est. (l) d. *Iustus Cellarius* ab anno MDCLXXXV - MDCLXXXIX. quo die XI. Oct. defunctus est (m) *Bartholdus Meyerus* ab a. MDCLXXXVIII - MDCLXXXII. quo dimissus est. (n) *Christianus Specht* annis MDCLXXXII - MDCCVI. (o) ac tandem b. *Gottlieb Treuer* ab anno MDCCVII - MDCCXXIX.

Recturam Scholæ nostræ continuauit *Georgius Preusse* ad annum vsque MDCLXXIX. quo ex hac vita migravit, d.

(l) cf. d. IVSTI CELLARII *Leichen - Predigt.* (m) vid. BARTH. MEYER *Leichenpredigt.* & cel. IOECHERI *Gelerr. Lex.* (n) cf. IOH. FABRICH *Hist. Bibliothecæ P.V.* p. 97. mortuus est Hagæ in Frisia orient, 1714. (o) vid. *Zeit vnd Geschicht Beschreibung der Stadt Goettigen* T. III. p. 268. vnd 69. nec non M. DAV. MEIERS *Nachricht von der Reformat. in der alten Stadt Hannover, mit Zusätzen herausgegeben von M. IOH. ANT. STRVBBERG* p. 262. & *Act. Scholast.* Vol. VI. P. V. p. 474.

d. XXIV. Apr. sepultus. Primus is est, qui superiore saeculo vitam hic finiuit. Huic successit M. Ioannes Reiskius, Gera-Variscus, vir de re litteraria & Schola nostra merittissimus. Cel. Ioan. Heur. a Seelen verba hic legisse iuuabit, qui de Reiskio nostra sequentia habet: vir, cuius vel solum exemplum satis superque potest docere, quod etiam inter viros, in scholastico puluere desudantes, dentur, quorum eruditio multos potest in stuporem dare. (p) Eodem iure b. Ioan. Fabricius illum dicit πολυγλωττον & terse latinitatis, diffuseque lectionis & exquisitae καίσεως scriptorem. (q) Nec minus recte S. V. Heumannus illum ad Polyhistoras philologos refert, (r) & Casp. Sagittarius virum πολυμαθῆσανον nominat. (s) Neque hoc loco praeterire possum cel. Reimmanni de illo iudicium, quod ita se habet: Vir multae & variae & accuratissimae eruditionis fuit REISKIUS, cuius monumenta pleraque, quae prelo summisit, egregia sunt & lectu digna. Siquidem in iis plerumque alios, qui de eodem argumento commentati sunt, superauit. Nec satis mirari possumus, quomodo factum sit, vt Reiskius τῷ πᾶσι Morhofio ita fuerit ignotus, quo nemo facile rei litterariae magis fuit peritus. (t) Sed non est huius loci, omnia adducere encomia, quibus illum summi eruditorum ornarunt. Cum enim iam in eo sim, vt collectis iis, quae opus erant, polyhistoris huius vitam & scripta peculiari commentario posteritati commendem: in illis enarrandis hic non morabor. Fontes tamen infra quosdam aperiam, vnde interim B. L. quaedam de illo posunt

(p) in *Select. Litter.* p. 476. (q) in *Histor. Biblioth. P. III.* p. 420. (r) in *Conspect. Reip. Litter.* c. IV. §. LX. p. m. 183. ed. 1746. (s) in *Introduct. in Histor. Eccles.* p. 1022. (t) vid. *Eius Biblioth. Litter.* p. 346.

sunt haurire. (u) Eius diligentia Shola nostra plurimum debet. In docendo enim non solum versatissimus fuit: sed & Scholae famam quouis modo conciliare studuit. Hinc & libros varios edidit, & singulis semestribus fere Actum Oratorium instituit, ad quos doctissimis atque exquisitissimis programmatibus inuitavit. Quorum cum ingentem collegi numerum, quae omnia summa eruditione sunt elaborata, non difficile a me impetrabit librarius, ut in diuersis illa fasciculis publici faciam iuris. (x) Praeterea *Album Scholasticum* incepit, in quo scholae leges, praecipitorum vitae succinctae, & primanorum nostrorum nomina, cum iudicio de illorum moribus & profectibus, reperuntur, quod adhuc continuatur. (y) Qui huc venerunt exteri, magni illum fecerunt. (z) Exantlatis multis laboribus, magnam nactus famam, diem suum obiit a. MDCCII. XII. Cal. Apr. functus hic munere Rectoris per annos bis denos atque vnum cum dimidio aetatis suae LIX. annos IX. mens. & III. Septim. Mortuus est, quem mori vetant scripta, omni laude maiora, quorum indicem tantum rogatus

- (u) vid. ADOLPH. CLARMVNDI Vit. clariss. virorum P. VII. p. 180. 181. CASP. CALVOER Sax. Infer. antiqua P. I. libr. I. c. IX. p. 27. & p. 562. EVDDEI Lex. Histor. ed. 1709. in app. sub voce *Reiskius*. M. GODFR. LVDOVICI Histor. schol. P. I. p. 44. *Historische Remarquen über die neueste Sachen in Europa*. Hamb. 1701. p. 144. *Monatliche Auszüge*. m. Iun. 1700. p. 402 - 409. & m. April. 1701. p. 80. ut plures taceam. (x) Optatum hoc iam est in *Monatlichen Auszügen* a. 1701. mens. Apr. p. 82. & in *Clarmundi Vitis* P. VII. p. 186. (y) vid. VVOLTE-RECCI. *Chron.* p. 726. 727. (z) V. IAC. TOLLII *Epist. itin.* p. 7. & 23.

tus hic exhibebo. Ad scripta maiora refero I. *Exercitationes Historicas de Imaginibus Iesu Christi* cum exercitatione de Lingua vernacula Iesu Christi, lenæ 1685. in 4. 1 Alph. 9. plag. (a) II. *Epistolam, qua Exercitationes de Imag. I. C. aduersus censuram Io. Mabillonii vindicat.* Lipsf. 1692. 4. 2 plag. (b) III. *Chronicon Saracenicum & Turcicum Wolfgangi Drechsleri ab ipso continuatum.* Lipsf. 1689. in 8. 1 Alph 1 pl. IV. *de Glossopetris Luneburgensibus.* Lipsf. 1684. in 4. & Norib. 1687. in 8. V. *Commentarium de Acidulis Piermontanis.* Francof. & Lipsf. in 8. 6½ plag. (c) VI. *Vntersuchung von dem Heydnischen Nodfyr.* Francof. & Lipsf. 1696. in 8. 7 pl. (d) VII. *de morbo Iobi, perisylacismo græco, nec non canibus inter nummos ac inscriptiones veteres.* Helmft. 1685. in 4. 3 plag. VIII. *Artem Logicam.* Lipsf. 1676. in 8 II. plag. IX. *Artem Rhetoricam.* Lipsf. 1676. 12. plag. X *Exercit. de Cornu Hammonis.* (e) XI. *Exercit. de Vaticiniis Sibyllinis.* Lipsf. 1688. in 8. (f) XII. *Chuueri Introd. in omnem Geographiam cum notis eius.* Wolf. 1694. in 4. XIII. *De Sadducæis quoque scri-*

G

- (a) vid. GOTL. STOLLES Anmerkung über D. Heumans Consp. Reip. Litter. p. 372. (b) IOAN. VOGTI *Catal. Libr. rariorum* ed. 3. 1747. p. 573. & cel. A SEELEN *select. Litt.* p. 477. 478. ed. 2. (c) v. *Monat. Auszüge* a. 1700. m. Iul. p. 402-409. (d) vid. REIMMANNI *Catal. Bibl. Theol.* p. 727. (e) vid. *Ephemered. Acad. Nat. Curiosor.* Dec. II. An. 7. GYNDLINGIUS ergo errat, qui hanc exercitat. ad eius MStā refert. in *der vollständigen Historie der Gelahrtheit* P. III. p. 4489. (f) v. *Monat. Vnterredungen mensl.* Dec. 1690. p. 1133 - 1149. & PETR. DAHLMANNI *Schauplaz der masquirten vnd demasquirten Geleerten.* p. 306. *Reimmanni Catal. Biblioth. Theolog.* p. 965.

scriptit. (g) XIV. Epist. ad Io. Fr. Meyerum de versione Bibliorum German. ante Lutherum. (h) Scripta minora sunt Disput. Ienenses I. *Theocratia, Respublica sine exemplo.* Ienæ 1670. II. *de Baptismo Iudeorum.* Ien. 1672. III. *Amnestia s. Lex antica obliuionis.* Ien. 1670. Programmata Vinariensia I. *de Optima republica scholastica* pars I. Vin. 1672. II. eiusdem pars II. ib. eod. Disput. & progr. Lunenburgensia sunt I. *de philosophiæ peripatetica ortu ac constitutione.* (i) II. *de Logicæ artis ortu & constitutione.* III. Pars I-IV. *de Rei Litterariæ per Europam statu presente.* (k) IV. *de Axonibus s. axibus legum Atheniensium priscis olim tabulis.* V. *de Triumpho Romano per equos candidos facto.* VI. *de variis erroribus latina discipulorum.* VII. *de duabus heresibus pseudopoliticorum.* VIII. *de Cherubis aduersus Iac. Gaffarellum.* IX. *de Lucernis sepulchralibus.* X. *de Lingua tertia.* (l) Programmata Wolfenbuttelenia sunt I. *Constantini Imp. vindiciæ.* (m) II. *de Pinacothecis, Cimeliaribus & societatibus doctorum in Europa præcipuis.* (n) III. *de prudentia scholastica.* IV. *de Examine scholastico.* V. *de Scripatorum Romanorum Iudaicam circa historiam falsis narrationibus.* (o) IV. *de ciuili per foedus societate Iudeos inter ac Romanos, summaque sacrorum contrarietate.* VII. *de Ignibus sacrilegis*

(g) V. LILIENTHALII Biblioth. theol. (h) vid. MEYERI *Histor. vers. germanicæ Bibliorum* p. 129. (i) V. MORHOFII *Polyh. T. II. libr. I. c. VIII. §. I. p. m. 44.* (k) REIMMANNI *Biblioth. Hist. Litter.* p. 351. (l) V. REIMMANNVS in *Bibl. Hist. Litter.* p. 360. (m) V. CASP. SAGITTARII *Introd. in Hist. Eccles.* p. 610. (n) V. BVRC. GOTH. STRVVI *Introd. in notit. Rei litter.* Ien. 1710. p. 484. REIMMANNI *Introd. in Hist. Litter.* P. I. p. 107. (o) V. REIMMANNI *Bibl. Hist. Litter.* p. 311.



crilegis Nodfys. (p) VIII. de *Wolfenbutteli nomine* (q) IX. de *Vecolo & ceruolo* (r) X. de *nimbo diuino*. XI. *Constantini Imp. vindicie*. II. XII. de *die les. Christi natali*. XIII. de *Didactica* (s) XIV. de *Medicina scholastica*. XV. de *statu rei litter. per Europam presente*. XVI. Progr. in modum inscriptionis impressum, quo ad Orat. gratulat. in D. *Antonium Vlricum* inuitat. XVII. de *Oraculis Sibyllinis*. XVIII. de *Monarchia quinta*. XIX. de *Aquila Christianæ Apotheoseos symbolo*. XX. *Vota repetita, eademque emblematica* in D. *Antonium Vlricum*. Manuscripta eius sunt I. de *Califatu Saracenicò*. II. *Notæ & Accessiones scrutinio Ed. Brereuodi*. III. *Augmenta libri de Imaginibus*. IV. *Augmenta Chronici Drechsleri*. V. de *veteri Harzburgo*. VI. *Historia Vuolfenbuttelenis castri*. Hæc hoc loco sufficient. Progredimur ergo iam ad eius successorem *Fridericum Weichmannum, Adelibfia - Goettingensem*, qui ex *Harburgensi Schola*, cui quinquennium & ultra præfuerat, ducalibus auspiciis huc vocatus, d. IV. Non. Iul. a. MDCCCI introductus fuit. Post nouennium autem ab amplissimo Senatu ciuitatis *Brunsuicensis Gymnasii Martini* Rector electus, aduenteque *Serenissimo Patriæ Patre ANTONIO VLRICO* rite vocatus, ad subeundum illud munus hinc discessit a. MDCCX. *Brunsuigæ* rude donatus aliquot annos transegit. Tandem vitam posuit a. MDCCXLIV. *Septuagenario maior*. *Scholæ nostræ* omni dexteritate præfuit, variisque programmatibus inuitatoris sui memoriam litteris reliquit. Viuit adhuc in *Filio* me-

G 2

ritis

(p) V. TREVERI *Thef. Antiqu. German.* p. 30. (q) *ib.* p. 8.
 (r) *ib.* p. 30. (s) V. REIMMANNI *Biblioth. Hist. Litter.* p. 354.
 355.

riris ac dignitate illustri, quem singularis in melioribus literis eruditio, poësis præsertim germanica, maximam iam pepererunt famam, vti munera amplissima, Seren. Brunsvic. Ducis Consiliarii aulici, & Secret. intim. honorem & existimationem. Excepit illum *Ioan. Andr. Fricke*, Neohaldenslebia Magdeburgicus. Is in Albo nostro Scholastico ira de se ipso: In locum amici integerrimi (b. Weichmanni) succedere, & prouinciam adire scholasticam per naturæ ipsius propensionem diuinitus concessam, per clementissimum patris nutum, ANTONII nimirum VLRICI, Br. & Luneb. Ducis Seren. nec non Senatus ecclesiastici suffragium iussus sum, iuuentutis institutioni quam plurimis abhinc annis, iam tum in academiis æque ac extra easdem, admotus. Inaugurationis ritui, ipsis Augusti mensis Nonis a. MDCCX. consueto more suscepto, præfuere, præter Synedrii Ducalis Directorem *Vrbanum Dietericum de Luedecke*, Potent. Regis Boruf. & Ser. Ducis Brunsv. & Lun. a Consiliis secretioribus & reliqua, Dominum meum & Patronum ætatem colendum (cuius generosam sobolem huc vsque instituerat: & reliqui Dn. Ecclesiast. Consiliarii, quorum ex numero Vir S. V. *Gotl. Treuer* inaugurali oratione habita de officio Spiritus S. scholastico operam nauauit suam, cui alia tandem mea qualiscumque de institutionis scholasticæ, ejusque optime, ratione & indole respondit. Faxit Deus t. o. m. quam benignissime, vt iuuentus litteraria nullo non tempore eximios institutionis & educationis nostræ fructus non sentiat modo, sed specimina litterarum culturæ & morum bonitatis subinde luculentiora felicissime edat. Reliqua Deo.

Athenæum nostrum illo moderatore admodum floruit,

ruit, crebrioribusque Actibus & Oratoriis & Dramaticis iuventutem exercuit, quod varia eius testantur programmata, tam latina quam germanica, quæ tamen maximam partem tantum sunt inuitatoria.

In Conrektoribus ad annum MDCLXXX. adhuc fuit *Ioan. Maswedel*, quo in patriam, ad munus Diaconi in Ecclesia sustinendum, abiit, pie tandem a. MDCXCVII. ibidem mortuus. Ex scripto, quo ad orationem *Siegfr. Iusti Boetticheri* a MDCLXXXIX. quo nullus hic fuit Rektor, inuitat, tersa eius adparet latinitas. Huic successit Vir magnæ postea famæ, *Ioach. Iust. Breithaupt*, auspicio Ser. *Rudolphi Augusti* Conrektor designatus, sollemni ritu d. IX. Iul. a. MDCLXXX introductus est. Vix autem annum hoc munus gessit. Pertæsus enim scholastici laboris, ab eo ad Kiloniensem Academiam & studia diutius recolenda, non tamen sine Patronorum suffragio discessit, oratione *πρωτοβαρνης de pietate seu Dei cultu in scholis necessario* d. XX. Sept. a. MDCLXXXI. habita. S. V. *Sigism. Jac. Baumgartenius* hanc rationem adducit, cur hoc munere se abdicauerit, quia pestis vicinas terras peruagata, & ad has oras progressa, solitudinem vbiuis & scholarum in primis missionem subito imperauit. (t) Obseruat quidem S. V. Auctor in præfat. Fascic. II. Opuscul. Lat. scriptorem illius partis supplementorum ad noua acta eruditorum Lipsiensia, quæ Tom IV. Sect. VIII. p. CCCLXV. fasciculi I. recensionem exhibet, specialio rem causæ notitiam abdicati conrektoratus

G 3

tus

(t) vid. *Progr. eius Academ. memorie b. Breithaupti dicatum* in Fascic. Progr. & Epist. a S. R. BAKIO COEN. B. M. V. Magdeburg. Præposito iam designato dignissimo, Cognato meo honoratissimo, collectorum. Hal. MDCCXXX. pag. 18.

rus præ se ferre, quam tamen non publici iuris fecit, quæ & nos fugit. Nam in albo nostro scholastico tantum extat, illum pertæsum fuisse scholastici laboris. Ceterum non opus erit huius viri vitam fufe hic enarrare, cum ab aliis id iam factum sit. (u) Succedit *Ioan. Bernhardus Goetze*, Goettingensis, ex schola Viseensi, quæ in Ducatu Lunæburgico est, cui regendæ octo annos præfuerat, auspiciis venerandi Consilii ecclesiastici Vuolfenbüttelani præter spem, diuino sic dirigente Numine, Conrektor vocatus & introductus fuit IV. Cal. Maii a. MDCLXXXII. Vir insigni eruditione præditus præclara composuit carmina latina. Hinc ad prouinciam Rectoris, in Schola Scheningensi obeundam, a. MDCC. abiit. Obiit d. II. Maii MDCCVII. (x) In eius locum successit *Adolph. Theobald. Ouerbeck*, Lunenburgensis, qui in coenobio Riddagshufano iam inde ab a. MDCXCII. Collegiati & Bibliothecarii munere functus & Conrektor noster rite vocatus a. MDCC. a Venerabili Abbate *Christiano Spechtio* IV. Cal. Iul. introductus fuit. Literatissimus fuit, & singulari in docendo dexteritate præditus. Eruditionem suam iam in Academia Iulia ostendit, habita præfide *Gebb. Theod. Meiero* S. S. Th. Doct. & P. P. O. a. MDCXCII. doctissima dissertatione, quæ inscribitur. *Chiliasmus profligatus* contra D. I. W. Peterfen, cuius ipse auctor fuit. Constat illa Alphab. & 2 plag.

Cantoris officia ad annum vsque MDCLXXXIV. fidelissime obiit *Henningus Holdefreundt*, quo d. XXIV. Aug. pie

(u) vid. D. LEPORINI vitam *Breithauptii*. Quæd. 1725. in 8. & cel. IOECHERI *Algemeines Gelehrten Lex.* Erst. Theil. Leipz. 1750. p. 1356-1358. (x) vid. B. SIGISM. ANDR. CVNO *Memorabilia Scheningensia*. p. 75.

pie obdormiuit. Huic successit *Ioan. Georg. Wenzel*, A-
 quena Saxo Magdeburgicus, ex inclita ad Albim Academia,
 diuino Numine sic volente, ad Cantoris munus, cum a-
 micos in vicinia salutaturus venisset, die II. Mart.
 MDCLXXXV. rite vocatus IV. Maii introductus fuit. Sed
 phtisi cum febris hectica correptus vitam pie finiit d. XXII.
 Sept. a. MDCLXXXIX. Quem excepit *Ioan. Iac. Bendeler*
 Rithnorthusio - Thuringus, ex Rudolph - Augusteo, quod
 Blanckenburgi erat, præter omnem spem atque opinionem
 ad Cantoratum legitime vocatus d. III. Dec. MDCLXXXIX.
 rite introductus fuit.

Subconrectores nostri fuere *Ad. Iul. Augspurgius*, Vuol-
 fenbuttelenfis, ab a. MDCLXXI - MDCLXXVIII. quo ad
 Conrecturam Scheningensem vocatus est. Postea quartus
 fuit Scholæ Scheningensis Rector. (y) *Werner Andr. Hugo*,
 Schwanebeccensis, d. X. April. MDCLXXVIII. introductus
 fuit. Anno autem MDCLXXXVII. Halchterensi Ecclesiæ
 Antistes factus est, in quo munere filius ipsi successit, anno
 MDCCXLI. mortuus. *Philippus Lauer* Laucha Thuringus
 a. MDCLXXXVII. constitutus est, anno vero sequenti d.
 XXV. Mart. defunctus. *Io. Franc. Pabst*, Vuolfenbuttelenfis
 Cal. Maii MDCLXXXVIII. munus hoc suscepit. Sed e no-
 stra Schola ad Scheningensem vocatus hinc cum pace IV.
 Cal. Iul. MDCXCV. discessit ad munus Conrectoris ibi
 gerendum. Viuendi finem fecit in eodem munere d. XIV.
 Maii a MDCC. aet. XXXVIII. (z) *Paulus Martinus Noltenius*,
 Timmerlago Brunfuigas, postquam Eimbeckæ munere Sub-
 con-

(y) CVNO *Memorabil. Scheningens.* p. 77. 75. (z) CVNO *Memo-
 rabil. Scheningens.* p. 231. & p. 77.

conrectoris triennium fere functus erat d. VIII. Iul. MDCXCV. huc ad idem munus vocatus est. Eidem *Pab-
sio* deinde in prouincia Conrectoris Scheningensis a. MDCC. successit. Ao. MDCCIV. Poet. L. C. a cel. *Hermanno von der Hardt* creatus, Scholæ Scheningensis postea digniffimus æque ac meritiffimus Rector euasit. Excessit e vita a. MDCCXVI. d. XXII. Dec. æt. XXXIX. (a) Superest adhuc, quos Deus diu seruet, filiorum eius doctiffimum par, *Io. Frid. Noltenius*, Anna - Sophianeus Schening. meritiffimus Rector, & *Rud. August. Noltenius*, ICrus & a *Se-
ren. Ducis Brun.* tabulario, qui scriptis suis egregiis magnam sibi pepererunt famam. *Henr. Christ. Reiche*, Goetting. cum sexennium fere alumnis coenobii Michaelsteinensis, præfuisset, huc vocatus est. Sed mens. Febr. MDCCVI. Ecclesiæ Vnsburgensis in Ducatu Magdeburgico Minister constitutus est. Successit *Io. Henr. Prinzlerus*, Salztalumenfis, in coenobio Riddagshufano antea Collegiatus a. MDCCVI.

Ad quintos sunt referendi *Burchardus Mylter* ab a. MDCLXX - MDCLXXII, quo Hondelenfi Ecclesiæ præfectus est. *Hartwi. Freydanck*, Barchemo - Mecklenburgicus, qui IV. circiter menses officio suo functus est. *Christoph. Scheller*, Neostad. ad Oril. Variscus, a. MDCLXXXI. ad munus in ecclesiâ Salderenfi gerendum vocatus abiit. Post octennium MDCLXXXIX. pie vita excessit. Huic successit a. MDCLXXXI. *Albertus Erasmi*, de quo in sextis plura.

Horum numerum augent *Io. Georg. Pasche*, Peinenfis, ab an. MDCLXXIV - MDCLXXIX, quo Prior Coenob S. Laurentii, & Pastor in pago Heiendorf, Scheningæ vicino, factus

(a) VVOLTERECCH *Chronicon* p. 733. CVNO Mem. Schen. p. 75. 77

etus est. (b) *Albertus Erasmi*, Münsteto Peinenſis, a Dn. Christoph. Hardkenio, Super. Gen. a. MDCLXXIX. introductus, a. MDCLXXXI. Quintus euasit. *Ioan. Christoph. Rudolphi*, Seefenſis, postquam Auguſtopoli Cantoris & ludi moderatoris munere per nouem annos functus erat, Sexti Collegæ officium in Schola noſtra ſuſcepit anno MDCLXXXI. Ao. MDCC. d. XIII. Nou. hic defunctus. *Burchardus Höper*, Brunſuicenſis, b. Antecessoris aliquamdiu Adiunct. d. XXI. Nou. MDCC. rite introductus est. Ardente febrī a. MDCCV. correptus d. XXX. Iul. quadragenarius pie obiit. *Chriſtianus Ludou. Reiche*, Goettingenſis, prioris frater, Cal. Aug. MDCCV. ad hoc munus vocatus d. IV. Nou. introductus fuit.

D. ANTONIO VLTRICO d. XXVII. Mart. a. MDCCXIV. pie defuncto ſucceſſit digniſſimus heres AVGVSTVS VVILHELMVS, terrarum ſuarum deliciæ. Huic quantum patria noſtra debeat, verbis non opus eſt exprimere, cum ſat multi adſint, qui viui huius rei teſtes ſunt locupletiffimi. De terris ſuis maxime ſollicitus ſapientiſſimus AVGVSTVS VVILHELMVS muſas noſtras ſingulari ſemper clementia fouit. Sæpius enim ſereniſſima ſua præſentia illarum ſedem ornauit, Actibusque ſollempnibus interfuit. Et præceptores & diſcipulos liberalitate ſua ad maiorem ſape incitauit diligentiam, & id ſemper egit, vt optimus Scholæ conſeruarietur ſtatus. Hinc multis mandatis, legibus ac præceptis, quæ hic enarrare longum foret, de eius ſalute optime meruit. Optimo huic Principi, prole maſcula deſtituto, mortuo cum Sereniſſ. Frater LYDOVICVS RVDOLPHVS ſuccederet a. MDCCXXXI. gymnaſium

H

noſtrum

(b) v. CYNŌ Memor. Schen p. 307.

nostrum nouum Mufageten naatum est. Is enim eodem in Scholam nostram fuit animo indulgentiffimo. Nimis matura autem morte terris fuis a. MDCCXXXV. fubducto fuceffit Sereniffimus Patruelis FERDINANDVS ALBERTVS, qui cum ne vnicum annum in regimine tranfegerit, quæ in Scholam collaturus effet, beneficia Sereniffimo Filio Heredi CAROLO reliquit.

Ad annum MDCCXXVI. Scholæ noſtræ Ephorus fuit b. *Gottl. Treuerus*, Sereniff. Brunſu. Duc. Prot-Eccleſ. Au-licus, Conſil. Eccleſ. & Conſiſt. Superint. Generaliff. Abbas Coenob Riddagshuf. & Paſt. Primar. Eccleſ. Metropol. noſtræ, cuius in Eccleſiam, & Scholam noſtram merita enumerare nimis hic longum foret. (c) Vrgente eius ſeneſta Sereniff. AVGVSTVS VVILHELMVS Virum S. V. *Ioan. Bernhardum Haſſel* in plurimis muneribus ei Adiunctum dedit, qui focero ſuo a. MDCCXXIX. mortuo in illis fuceffit. Singularis, qua Fautorem noſtrum incomparabilem veneramur, obſeruantia, quo minus in digniffimas eius laudes excurramus, impedit. Neque illæ tam obſcuræ ſunt, vt enarratione noſtra indigeant. Vigilantiſſimum Ephorum noſtrum, quem Deus in ſeros annos cum ſplendida Familia ſeruet, tacite ergo venerari fatius ducimus. Tanta eius ſunt in rem litterarum & eccleſiam præclara merita, vt Venerabilis Theologorum in Iulia Carolina Ordo illum ſummis in Theologia Honoribus ornare, ſuum duxerit, quos diu iam meruerat. (d)

Ad-

(c) vid. *Ehren Gedächtniſs* ab Eius Genero & ſuceſſore digniffimo IOAN. BERNH. HASSELIO ipſi dicatum a. 1729. Helmſt. in folio. (d) vid. vita eius in NEUBAVERS *Nachricht von izt lebenden Gottesgelehrten* S. V. SCHVBERI Progr. *de Tolerantia* Diſ-

Ad illos enim Doctores Theologos pertinet, qui singularibus suis in Theologiam meritis hoc honore dignos se reddiderunt, ut in terris nostris *Berlingius*, *von der Hardt*, *Ierusalem*, *Koecherus*, *Oldekopius*, *Schubertus*, *Seidelius* et alii, facere adfueri sunt: neque ad tales, qui in lectionibus suis unum τὸν ἐφελευστικόν, aut spiritum asperum græcorum demonstrant, aut priscos scriptores, Aristotelem, Platonem, Eunapium, aut Philonem, ex quibus tamen nihil, nisi quod, qui illos numquam vidit, æque bene scit, profecerunt, ac si Theologiæ suæ fontes essent, summa religione osculantur, atque adorant.

Rexit interea athenæum nostrum *Io. Andr. Fricke* vsque ad annum MDCCXXVI. quo d. XXVIII. Ian. febris hectica consumtus, diem suum obiit, postquam XV. annos & quod excurrit, Scholæ præfuisse. (e) Successit *Ioan. Daniel Coordes*, Brunsvigas, anno MDCLXXX. d. XXV. Martii natus patre *Nicolao Coord*, tormentario fabro, & matre *Elisab. Dor. Dillenberg*, filia Burgdorfiensis Ecclesiæ Antistitis. Postquam Scholas publicas frequentare patrias coepit: fidelissimis usus est semper præceptoribus. Præsertim vero sub celeb. *Gebhardi* maximos fecit in litteris progressus. Anno MDCC. Academiam luliam petiit, in qua quadriennium versatus institutionem domesticam suscepit apud primarium præfectum *Heringium*, Hessensem. Deinde eandem spartam gessit apud Primpilum *Reinike*, Brunsvicensem, quam ultimo loco per sexennium apud L. B. de Schleiniz administravit.

H 2

uit.

Dissent. in religione, promotioni Eius præmissum p. XIII. sequi. & *Hamburgische Berichte a. 1734. N. 72. p. 603.* (e) Vitam Eius conscripsit cel. M. SALIGIVS in progr. funebri, exsequiis ipsius scripto. & in parent. ipsi habita.

uit. Ao. MDCCXII. Conrecturam in Catharineo Brunsvicensi suscepit, quo tori sociam sibi quoque legit virginem lectissimam, *Annam Mette Meyeriam*, filiam *Ioan. Henr. Collybista Lehrensis*, cum qua d. XXIII. Nou. nuptias celebravit. Superfunt ex coniugio hoc faustissimo tres filia, virgines lectissimæ, quarum media iam Conductori *Abrenstedio* desponsata est, & vnicus filius ornatissimus. Introductus hic fuit d. XXIII. Maii MDCCXXVI. quo *de cultura voluntatis* orationem auspicalem habuit. Omni semper dexteritate Lyceo nostro præsuit, multosque erudiuit discipulos, qui ipsi iam honori sunt & gaudio. Varia publici iuris fecit programmata & Brunsvigæ, *Pietas Scholastica in secundo Evangelicorum Iubileo a. 1717. erga Deum* & *B. Lutherum Dramate oratorio probata*, (f) & *Vuolfenbuttelæ, Natalis Auspiciatissimus LXV. Ser. AVG. VVILHELMI dramate oratorio* celebratus. Wolf. 1727. 2. *Applausus Festiuis tempore secundi Iubilei ob confessionem Augustanam celebrati*. Wolf. 1730. 3. *Seren. LVDOVICO RVDOLPHO coeptum auitarum terrarum regimen gratulantur septem artes liberales*. Wolf. 1731. 4. *Progr. in orat. valed. Henrici Basili Hofmanni*. Wolf. 1744. 5. *Quedam versibus germanicis conscripta*. Amicum hunc nostrum, rude ante XVIII. mensis donatum, Deus rebus suorum diu adhuc interesse iubeat.

In Conrectura *Ad Theob. Querbeck* ad a. MDCCXVII. hic vixit, quo ad Scholæ Rectoris spartam, apud Cellerfeldenses obbeundam, vocatus d. XIX. Mart. publice Scholæ valedixit. Obiit Cellerfeldæ d. I. Sept. MDCCXIX. Locum eius occupavit *cel. M. Christianus Aug. Salig* Domerslebja Magdeb. d. V. Iul. MDCCXVII. hic introductus. Huius viri nomen inter eruditos
tam

(f) Brunsvic. in 4. 1 plag.

tam notum est, vt eius doctrinam hic laudare necesse non sit. Cumque vita eius seorsim sit excusa, ad illam L. B. ablego. (g)

Cum *Ioan. Jac. Bendeler* senio premeretur, *Godofred. Ernesti, Briel*, Vuolfenbuttelenfis, munus Collaboratoris in hac Schola, & Præceptoris in classe secunda in se suscepit d. X. Dec. MDCCXVII. Sed per annum his laboribus scholasticis perfunctus, ad pastorale munus in ecclesia Achumenfi a Nobilibus Dn. *de Steinberg* vocatus est. In eius locum successit *Henricus Bokemeter*, Immenfis Luneb. a. MDCCXVII. vir & in litteris & in Musices peritia præstantissimus. Cantoris spartam iam Brunsvigæ in Martiniano, & Hufumi in Ducatu Schlesuicensi gesserat. Post varia rerum discrimina ad idem munus huc vocatus, illo ad hoc vsque tempus, quam fidelissime, fungitur. Senex nobis carissimus, quem Deus amet, in orbe litterato iam fati inclaruit. Scripsit enim I. *Gespräch zwischen Orth doxo und Aletophilo von Ketzern und Ketzersch n Schriften*. Wolf. 1712. in 4. 2 pl. 2. *das völig entwafnete Torüto wider Herrn Leonb. Christoph. Sturm*, Hamburg 1716. in 8. 6. plag. Præter multa carmina germanica, ad quæ natus est. Musices præ aliis peritissimus, dignus fuit, quem a. MDCCXL. Societas Musicor. Lipf. sodalem suum eligeret. Vitam eius multi enarrarunt. (h)

H 3

Sub-

(g) De vita & obitu Eius commentatus est doct. IO. ARNOLD. BALLENSTEDT, apud nos tunc Subconr. iam Conr. Scheningensis meritisf. Helmst. MDCCXXXVIII. in 4. 4. pl. (h) V. M. IO. MELCH. KRAFTS *Hufumische Kirchen Historie*. 1723. 4. p. 362. MOLLERI Cimbr. Litterat. IO. GOTFR. WALTHERI *Musical. Lex.* Leipz. 1732. p. 102. MATTHESON *Crit. musica*. p. 235. Hamb. 1722. 4. & cel. IOECHERVS in *nou. Edit. Lexici sui, qui cum mortuis iam adnumerat.* & illustr. VVEICHMANNI *Poesie der Niedersachsens.*

Subconrectores hoc tempore fuere *Io. Heur. Prinzlerus*, qui a. MDCCXVIII. a Senatu Ecclesiastico munere abdicatus est, quo non rite functus erat. Anno insequente partim egestate partim animi moerore ac agritudine confectus obiit. *Christ. Lud. Reiche*, de quo supra in Sextis. Mortuus est MDCCXXXV. d. XXVI. Febr.

Collegas quintos numeramus *Albertum Erasmi*, qui ad a. MDCCXXV. hoc munus gessit, quo LXXVII. ao. æt. mortuus est. *Franc. Theod. Klette*, de quo in Sextis. Huic successit *Phil. Jac. Döbren*, Neo Haldenslebia Magdeb. a. MDCCXXXIII. introductus. A. MDCCXXXV. Cal. Iun. paucis diebus ante in locum defuncti Subconrectoris *Reichenii* suffectus, extinctus est. *Ioannes Arnoldus Ballenstedt*, Vuolfenbuttelenfis, classi quintæ hoc anno MDCCXXXV. præessè coepit, de quo in posterum plura.

Ad sextos referuntur *Christian Lud. Reiche* ad annum MDCCXVIII, quo Subconrector factus est. *Urbanus Ericus Benzin*, Vuolfenbuttelenfis, MDCCXVIII. successit, & per triennium hoc munere perfunctus a. MDCCXXI reuer. nostri Ministerii Ecclesiastici Collaborator constitutus est, nactus deinde parochiam in pago Leine, vbi MDCCXXXVIII mortuus est. *Franc. Theodoric. Klette*, Vuolfenbuttelenfis, Ratisbonæ excellent. D. *Dieterici a Stade*, Ablegati ad Comicia imperii Suecici, Filium vnicum vltra tres annos instituerat. Ob valetudinem autem in patriam redux a. MDCCXXII. Collega sextus constitutus est. Ao. MDCCXXVI. Collega quintus factus, tandem MDCCXXXIII. ex hac vita excessit. Secutus est *Philipp. Ludov. Ziegenmeyer*, Brunsuicenfis, d. VIII. Febr. MDCCXXVI. Collega sextus constitutus. Sesqui annorum spatio vero elapso Parochiæ Rautenenfis prope Brunsvigam Pastor designatus est.

est. *Ioan. Michael Hase*, Brunsvigas, a. MDCCXXVII. introductus fuit. Sed laboris scholastici impatientissimus, omnia alia agere malebat, quam quæ ei agenda erant. Translatus fuit Brunsvigam, ibidemque classi seprimæ in Schola Cathariniana præfectus a. MDCCXXXV. Tandem *Christoph Moerling*, Neo Haldenslebiensis, a. MDCCXXXV. Collega sextus Scholæ datus est.

Hæc de altera Historiæ Scholæ nostræ periodo hoc loco sufficiant, quam in posterum supplere nulli intermitteremus. Restat adhuc tertia *de Scholæ nostræ statu sub Serenissimo CAROLO*, quam prima data occasione cum B. L. communicabimus.

Supereft, vt scripti huius occasionem curatius proponamus. Magna olim religione Græci Romanique diem eum, quo in lucem editi essent, velut festum ac sollempnem coluerunt, vt munus annale genio soluerent, atque ea omnia dicerent facerentque, quæ boni faustique ominis esse videbantur. Quæ quidem res sicuti iustam rationem in Græcis Romanisque habuit: ita profecto in natalibus Serenissimorum Principum, ac Patriæ Patrum longe maior huius obseruationis causa est, quia ceteros dignitate atque auctoritate longe superant. Musæ igitur nostræ recurrentes natalicias Serenissimi Principis ac Domini CAROLI, Brunsvicensium ac Luneburgensium Ducis, Patriæ Patris, Nutritoris nostri munificentissimi, kalendas sextiles sine deuotissima gratulatione præterire, nefas duxerunt. Oratoris hoc loco prouinciam in se suscepit Vir amplissimus ac doctissimus, *M. Iacobus Fridericus Heusinger*, Conector noster dignissimus, Collega coniunctissimus. Conscendet igitur Cathedram superiorem in Auditorio nostro maiori, ex illaque oratione panegyrica synthetica ardentissima
vota

vota pro SERENISSIMI HERI nostri salute ad Deum fundet. Faxit Deus t. o. m. vt illa numquam effectu suo destituantur, sed saepe nobis iterum atque iterum celebrare hunc OPTIMI PRINCIPIS natalem liceat, atque vt is quotannis iucundior nobis latiorque redeat.

Ad hæc igitur sollempnia, quæ d. VII. Augusti hor. pomerid. IV. in Schola nostra peragentur, SERENISSIMOS PRINCIPES FILIOS, Patriæ spem atque expectationem, absolutissimos Heri nostri Ministros, Rerum Sacrarum Antistites venerandos, Senatam vrbs nostræ amplissimum, & quosuis elegantioribus litteris cupientes, ac musis nostris fauentes ego, pro muneris ratione, decenter inuitatos volo.

Adnuat porro Numen summum laboribus nostris, eosque in nominis sui gloriam dirigat. P. P. Vuolfenbutelæ. Nonis Sextilis MDCCL.




Ga 4467

80

1018

M





HISTORIA
SCHOLAE DVICALIS
VVOLFENBVITTELENSIS.

DIATRIBE II.

QVA
AD

ORATIONEM
PANEGRICAM
IN
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
CAROLI

BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVICIS

PATRIAE PATRIS

NATALICIAS KALENDAS SEXTILIS

IN
ATHENAEI NOSTRI SVPERIORE ACROATERIO D. VII.
SEXTILIS A. MDCCL HABENDAM

INVITAT

IOAN. CHRISTOPH. DOMMERICH

PHILOS. DOCT. INCLIT. ORD. PHIL. IN ALMA IVLIA CAROLINA
ADIVNCT. ET SCHOLAE VVOLFENBVITTELENSIS
RECTOR.

VVOLFENBVITTELI
TYPIS IO. THEOPH. ANT. MATTHEEN DVC. TYPOG.